FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Ioachimi Langii Institvtiones Stili Latini, quibus non solum de Natvra, Adivmentis, Diversitate, Variisqve Stili Generibvs Ac Regvlis, presse agitur ...

Lange, Joachim

Berolini, 1711

VD18 10471499

Membrum V. De Adverbiis.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-189842

Visual Library

Membrum V.

De ADVERBIIS.

1.

CUr, *quare*, *quamobrem*, ornate ponuntur pro *propter*, vel *ob quem*, *quam*, *quod*, ut:

Nulla eſt res, cur iſtum nolim ex paternis probris emergere.

2. Inter particulas *non modo*, *non ſolum*, *non tantum*, *ſed etiam*, *ſed quoque*, aliquid interſeras.

Not. Pari elegantia dividuntur Compoſita: *Respublica*, *pergratum*, *revera*, *reipſa*, *nonnunquam*, *nihilominus*, *tantopere*, *quantopere*, *antequam*, *priusquam*, *poſtquam*, *poſteaquam*, *plusquam*, *quamdiu*, *nequidem*, ut:

Ante revertit, quam exſpectaveram.

Poſt diem quartum, quam acceſſerat.

3. *Nedum* negationi eleganter ſubiicitur, partique deteriori, ſeu inferiori, inſervit, ut:

Optimis temporibus non potuerunt, nedum his.

4. *Æque ac* vel *atque* venuſte ponitur pro *tam quam*, ut:

Nihil æque deſidero, atque bonam conſcientiam.

5. *Magis*, *quam* ſine ulla voce media ſcite coniunguntur, ut:

Servire magis, quam imperare, parati eſtis.

Ius bonumque apud eos non legibus magis, quam natura, valebat.

6. *Ne multa, ne multis, ne plura, quid multis*, brevitatis cauſa eleganter abſolute ponuntur.

7. *Pariter* eleganter poſt ſe habet *cum*, *ac*, *atque*, v. g.

Studia pariter cum ætate creſcunt.

Motu corporis pariter atque animo varius.

8. *Perinde* amat particulas *ac*, *acſi*, *atque*, *quaſi*, *tanquam*, ut:

Perinde in iſta re faciam, ac ſi mea eſſet.

9. *Aliud* pro *quam* ſcite ponitur repetitum, ut:

Aliud dicis, aliud ſentis.

Alius alio melior. Alter altero peior.

10. *Eo quod*, *eo quia*, *eo quo*, *eo ut*, pro *propterea ut* vel *quod*, venuſte ponit Cicero, v. g.

Eo tardius ad te ſcripſi, quod quotidie teipſum expectabam.

Non eo dico, quo mihi veniat in dubium tua fides.

11. *Quam*, nec non pronom. *qui*, *quæ*, *quod*, eleganter cum verbis *poſſum*, *queo*, *valeo &c.* conſtruuntur, ut:

Quam poſſum, maxima veneratione illum proſequor.

Expoſui, quam breviſſime potui, oracula.

Not. Eadem particula ornate inter duos Comparativos collocatur, aut Comparativo inter duo vocabula præponitur, ut:

Fortunatior, quam ſapientior.

Id re, quam verbis, faciam libentius.

Divitiis, quam virtuti, invigilant plures.

Bellum, quam pacem, malebant.

Amicitia, quam pecunia, delectat amplius.

12. *Quippe* non ineleganter uſurpatur pro *utpote*, vel abſolute, vel ſequenti relativo, ut:

Voluptas tibi contemnenda videtur, quippe homini erudito.

Iurgia cum fratre non agebat, quippe qui &c.

13. *Secus* venuſte poſt ſe admittit *quam, ac, atque* v. g.

Non ſecus, ac ſi ipſe adeſſes.

Secus agit, atque initio dixerat.

Not. *Secus* ponitur etiam abſolute cum vi negandi, v. g.

Recte, an ſecus, nihil ad nos.

14. *Tantum non* pro *fere, prope,* venuſte dixeris, ut:

Tantum non enecatus ſum.

15. *Unde* pro *ex quo* vel *a quo* venuſte ponitur, ut:

Fontes, unde haurias.

Eloquentia, unde longe abſum.

16. *Usque, usque adeo*, eleganter aſſumunt *dum, donec, quoad* v. g.

Mihi usque curæ erit, quid agas, dum, quid egeris, ſciero.

Not. *Usque eo, usque adeo*, pro *adeo*, ſcite ponuntur.

17. *Utrum* interrogandi Adverbium poſt ſe recipit *an, an non, nec ne*, ut:

Utrum hoc faciam, nec ne?

18. Signum univerſale affirmativum eleganter redditur per negativum, præmiſſa negatione alia, ut:

Qui non aſſentiretur, vidi neminem.

Aperte adulantem nemo non videt.

19. Pro *vehementer* ſcite ponitur *maiorem in modum, mirum in modum, etiam atque etiam.*

20. Indignandi formulis pulchre vox *malum* inſeritur, ut:

Quænam, malum! eſt iſta infrenata tua impudentia?

Quid tua, malum! refert?

21. Singularem habent elegantiam adverbia in *im*, ut: *ſtrictim, curſim, carptim, paulatim, ſenſim,*